



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Chronicon Montis-Sereni Sive Lavterbergense**

**Mader, Joachim Johann**

**Helmeſtadi, 1665**

Fvndatio Monasterii S. Walpvrgae In Sacra Silva.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11088**

FVNDATIO MONASTERII CANONICORVM  
REGVLARIVM IN *Kyrbgarten* PROPE  
WORMATIAM.

**A**Nno Domini *MCCXXXII*. fundatum est monasterium ortus gloriosæ virginis Mariæ prope urbem Vangionum nominatum *Kyrbgarten* per reverendissimum & gratiosum Dominum *Henricum* Comitem de Saraponte, Episcopum Wormatiensem, pro monialibus Cisterciensium, &c. Anno autem Domini *MCCCXLIII*. reformatum est præfatum monasterium, à monialibus Cisterciensibus desolatum, per Canonicos regulares, opera Domini gratiosi *FridERICI* **PO***NECK* Episcopi Wormatiensis, ac Illustrissimi Principis Electoris *Ludewici*, comitis Palatini.

FVNDATIO MONASTERII S. WALPVRGÆ IN  
SACRA SILVA

**A**Nno Christi millesimo septuagesimo quarto, ætate *Gregorii VII.* & *Heinrici III.* fundatum est à *Theodorico* Comite montis Peligardi cœnobium S. *Walpurgis*, ordinis D. Benedicti: cujus Abbati *Bertolfo* post plurimos annos *Fridericus* Sueviæ Dux cum uxore *Judenta*, donavit prædia, quæ intus & extra forestam, quæ *sancta* nuncupatur. *Bertolfus* primus Abbas hujus loci fuit; *Wolfgangus* secundus; *Dietmarus* tertius; quartum invenire non poterant, quo nomine dicitur. Item, quæsitum est in antiquissimo martyrologio hujus loci, & nullus inventus est Abbas qui *Wolfframus* dictus sit, quamobrem arbitrantur *Wolfgangum* esse, & erratū esse in nomine. Item, ante primum Abbatem *Bertolfum* leguntur longe fuisse duo monachi in hoc loco, qui fundatores primi in martyrologio dicuntur: sic cum legitur *Vvibertus* monachus primus fundator hujus loci obiit v. Kal. Augu.

Augusti. *Marius* confundator III. Kal. Decembris. Hi tamen creduntur habitasse tanquam heremitæ in parvulo monasterio sive cellula: verum annus Domini, i.e. quo tempore fuerunt, incertum est. Nota tamen, quod hic fuit mihi oblatus liber antiquissimus ibi legi, quod præfatus frater *Vibertus* suscepit primum privilegium monasterii, à *Henrico* Imperatore quinto anno Domini millesimo sexto. Item: *Fridericus* Dux Sueviæ pater fundatoris hujus loci. Sic *Valpurgis* fundat monasterium S. Benedicti *Lorch* / prope *Schwabischen münde*: in quo sepelitur, &c. Item monasterium Præmonstratensium *Adelberg*.

---

FVNDATIO MONASTERII *Künigesberg* /  
SANCTIMONIALIVM.

**A**NNO DOMINICÆ incarnationis MCLXVII. Indictione XI. Epacta nulla, tempore *Alexandri* Papæ, regnante *Friderico* Romæ Imperatore, sub *Agnete* hujus loci Abbatisia VIII. Idus Julii dedicatum est hoc monasterium à venerabili *Bernone* Zvirmensi Episcopo; & eadem die dedicatum est altare principale in honore S. *Mariæ* perpetuæ virginis, &c. *Fridericus Barbarossa* est fundator.

---

EX TOPOLOGIA NOVIENTENSIS i.e.  
EBERSHEIMENSIS COENOBII

**M**onasterium *Novientense* sive *Ebershemense* situm est in Germaniæ finibus inter *Rhenum* & *Vosagum* in pago *Alsatienfi* in comitatu *Thronic* & in Episcopatu *Argentinenfi*, in insula *Nba* fluminis, nemoribus constitum, perspicuis fontibus irriguum, præsertim æcenum, agrorum cultu.